Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

funes extenderunt in laqueum ¶ iuxta iter
scandalum posuerunt mi. ℣ Dixi domino
deus meus es tu ¶ exaudi domine vocem
deprecationis mee. ℣ Domine domine
virtus salutis mee ¶ obumbrasti super caput
meum in die belli. ℣ Non tradas me dne
a desiderio meo peccatori ¶ cogitaverunt
contra me ne derelinquas me ne forte
exaltentur. ℣ Caput circuitus eorum ¶ labor
labiorum ipsorum operiet eos. ℣ Cadent super
eos carbones in ignem deicies eos ¶ in mi-
seris non subsistent. ℣ Vir linguosus
non dirigetur in terra ¶ virum iniustum
mala capient in interitu ℣ Cognovi quia
faciet dominus iudicium inopis: et vin-
dictam pauperum. ℣ Verumtamen iusti con-
fitebunt nomini tuo: ¶ habitabunt re-
cti cum vultu tuo. Psalmus
Domine clamavi ad te exaudi
me ¶ intende voci mee cum cla-
mavero ad te. ℣ Dirigatur ora-
tio mea sicut incensum in conspectu tuo ¶
elevatio manuum mearum sacrificium
vespertinum. ℣ Pone domine custodiam